ORIGENES
Salzburg (Umgebung), 1. Hälfte 9. Jh. Seite 180r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



uestis auro gemmis expedit adiunctis; sed ne diutius
p singularum demoremur species uistutum. possumus
breuiter dicere illa significari p haec quibus sig
nificatur ecclesia; fides eius auro conferri potest.
sermo praedicationis argento. aes patientiae. lig
nis inputribilibus scientia quae p lignu uenit.
aut incorruptio castitatis quae enumquam ueteres
cit uirginitatis. Cocco. confessionis gloriae. bysso
purporae. castitatis fulgor. hyacinthino
spes regni caelorum, istae sint interim materiae
ex quibus omne tabernaculu construatur. induantur
sacerdotes. ordinetur et pontifex; Quorum indumenta
quae sint uel qualia. in alio loco propheta pronun
tiat et dicit; sacerdotes tui induantur iustitia;
sunt ergo istae omnia indumenta iustitiae; et iterum
paulus apls dicit. Induite uos uiscera misericor
diae; Sunt ergo indumenta misericordiae;
sed et alia nihilominus idem apostolus in
dumenta nobiliora designat cum dicit: In
duite uos dnm ihm xpm. et carnis curam nefece
ritis ad concupiscentias; Istae ergo sunt indumenta
quibus ornatur ecclesia. Potest autem et
unusquisque nrm etiam in semetipso construere
tabernaculum dei; si enim ut quidam antenas